



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Musca.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A fit spatium ad eundem & redeundum ad domos suas. Diameter orbium ad quintum usq; duodecim circiter digitorum, à quinto reliqui fastigati coarctantur, uti ultimus ad quinos senosve digitos porrigatur. Major orbis, primum quidem tabulatum, antiquæ orbis ramo appensus erat, frustra superne ad omnes ventorum & pluviarum injurias contemnendas solidata munitaque. Infra hexagonales cellæ confertissima, ita reliqua tabulata eadem crusta cellisq; eisdem fabrefacta, suisq; columellis singula sustentata. E superioribus vero stationib; bestiolæ omnes abvolaverant, medias concamerationes innumeras multitudine compleverat, folliculo quodam tenuissimo, pro tegumento uniuscujusque loculi superinducto, quorum aliquot cum sustulisset, animadverti Vespas capitibus inum adactis, domos eas omnes coplevisse. Quæ vero in inferioribus erant tabulatis, tanquam embrya videbantur vermiculorum instar imperfecta: ipsa quoq; eo tegumento, tanquam hybernæ cochleæ, sed admodum tenui præmunita, in benigniorem verni temporis horâ asservabantur: quæ tamen omnes, siquidem gravis hiems fuit, ibidem extinctæ sunt, neq; tamen computruit quicquam, & tot jam annos eadem forma statuq; spectantur. Expectabam quidem veris temperiem, ut quid acturæ essent exploratum haberem, sed nihil ulterius processit. Fabrica apud me remansit, non sine magna omnium, qui eam conspiciunt, admiratione, tantum artis & ingenii, tanquamq; in construendo ædificio tam operoso, perseverantiæ bestiolis his inesse obstupescientium. Sed quoniam in aculeata hæc incidimus, libet obiter Plinii locum perpendere, ubi libr. x. cap. 8. supra vigesimum, *Aculeus*, inquit, in *Tabani & Afini* differentia.

B exploratum haberem, sed nihil ulterius processit. Fabrica apud me remansit, non sine magna omnium, qui eam conspiciunt, admiratione, tantum artis & ingenii, tanquamq; in construendo ædificio tam operoso, perseverantiæ bestiolis his inesse obstupescientium. Sed quoniam in aculeata hæc incidimus, libet obiter Plinii locum perpendere, ubi libr. x. cap. 8. supra vigesimum, *Aculeus*, inquit, in *Tabani & Afini* differentia.

ore ut *Afilio*, sive *Tabanum* dici placet. Vereor ne illud, SIVE *TABANUM* DICI PLACET, adulerinum sit & subditivum, ut pleraque adhuc alia apud authorē eundem addita: quæ nisi peritorum hominum diligentia veterentur, indiligentiæ illi nomen inurant. *Afilus* enim diversus à *Tabano* est. Græcè *ἀφίλος* vel Marone interprete,

Tabani & Afini differentia.

Georg. l. 3.

Cui nomen *Afilo*
Romanum est, usum *Gmji* dixere vocantes.

C Tabanus vero musca est lenta, cineritia, quæ Græcè *μύια* dicitur. Rarus præterea est *Afilus*, *Tabanus* numerosissimus. *Afilum*, inquit *Aristoteles*, latiusculis quibusdam bestiolis, quæ in fluviis supernatant, nasci: quamobrem magna *Afilorum* copia circa aquas, ubi id genus bestiolearum, quæ *Tabanos* vero ex ligno. Item *Softratus* de animalibus quarto, cæstrum è fluviâ materia nasci tradit, *μύια* vero ex ligno. Idem *Aristoteles* alibi sanguinea dicit animalia *Tabanos*, & *Afilos*: & passim demum de singulis separatim meminit.

PERTURBATOR. CAP. XXXII.

Pervulgatum vero illud est, ut per hieroglyphicum *Afilii* significetur is, qui aliorum otia perturbat, quietisq; rebus tumultum aut molestiam affert: est enim is, ut Maro cecinit,

*Aer, acerba sonans, quo tota exterrita sylvis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther
Concussus, sylvaq; & stercis ripa Tanagri.*

*Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inathia Juno bestem medicata juvenca.*

Hinc proverbium
ὄϊς ῥω

Maronianus autem versus de *Afilo* Romana voce dicto nimirū, ostendit verba illa apud *Tranquillum* ab *Othone Galbæ* manibus de turbato, identidem obmurmurata in damno esse, si ut vulgata habent exemplaria, legamus, *ἡ γὰρ μοι ἡ μακροῖς ἀσπίλοις*? quare castior omnino lectio substituenda. Nam illud quoq; quod magna eruditione viri commenti sunt de longis tibiis, adhuc non liquet.

περὶ ἀφίλου
ὄϊς ῥω
Ostro periclitus: hoc additolum fertur vacuū lo in favorem igitur
fil 3, Georg.

DE MUSCA. CAP. XXXIII.

Instat demum, nobisq; negotium faceffit importunissima bestiola, quæ licet ab omnibus solita sit abigi, pertinacia tamen sua pervicit, ut de se multi multa scribere cogentur: nos ea tantum quæ ad hieroglyphica faciunt, memorabimus.

IMPORTUNITAS AC IMPUDENTIA. CAP. XXXIV.

Impunitatem sane atque impudentiam *Ægyptii* Sacerdotes notare si vellent, Muscam haud indecenter faciebant: eam enim ut sæpius & assidue expellas, & à te summovere contendas, tanta tamen impudentia prædita est, ut identidem redire, infestare te minime vereatur, nullam tuo-

Afilii de Virgilio
De musca pertinacia
sus Homeri Iliad. e.

rum